



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIASTICO, calle de la Rua, 59.

TELEGRAMA DE SU SANTIDAD

Con motivo del onomástico de Su Santidad Benedicto XV, nuestro Excmo. Sr. Obispo le dirigió, por conducto del Emmo. Sr. Cardenal Secretario de Estado, afectuosa y reverente felicitación, a la que se dignó contestar con el siguiente telegrama:

“Santo Padre, agradeciendo conmovido los homenajes y votos de piedad filial, bendice cordialmente a V. E., Clero y pueblo. —*Card. Gasparri*.”

OBISPADO DE SALAMANCA

CIRCULAR

Próximo el mes de Octubre, creemos oportuno recordar al venerable clero de la diócesis el más exacto cumplimiento de las disposiciones siguientes:

1.ª Desde el primer día del próximo Octubre, hasta el 2 de Noviembre, se rezará, al menos, la tercera parte del Rosario, con la Letanía lauretana y la ora-

ción a San José, mandada por el inmortal Pontífice León XIII, de feliz recordación, en todas las iglesias parroquiales: en los anejos, sobre todo donde hubiere *Reservado*, el Párroco designará la persona que habrá de dirigir el rezo.

2.^a En las parroquias donde hubiere medios para mayor solemnidad que la ordinaria, facultamos para exponer el Santísimo, terminado el Rosario, y dar con El la bendición en la reserva. En las demás parroquias, por pobres que sean, se hará la exposición tan sólo en los días festivos de todo el mes.

3.^a En todas las parroquias de los pueblos se hará públicamente, con el mayor esplendor posible, la solemne procesión del Rosario en uno de los domingos de dicho mes. En la capital se organizará y partirá, como de antiguo viene haciéndose, del grandioso templo conventual de San Esteban en la tarde del domingo, día 6, y a ella debe concurrir todo el clero de la ciudad, para lo cual los Sres. Párrocos avisarán oportunamente a los sacerdotes adscriptos a sus respectivas feligresías.

4.^a Para mayor fruto de las almas y estímulo de la piedad de los fieles que asisten al Santo Rosario en las iglesias parroquiales de la diócesis o en la de San Esteban de esta ciudad, concedemos cincuenta días de indulgencia por cada vez que asistan al rezo del Rosario; otros cincuenta por oír la plática o recibir la bendición al reservar el Santísimo.

Salamanca, 1.º de Septiembre de 1918.

✠ EL OBISPO DE SALAMANCA.

NUNCIATURA APOSTOLICA

CIRCULAR

Madrid 1.º de Julio de 1918.—Excmo. e Ilmo. Señor Obispo de Salamanca.

Muy Sr. mío y venerado Hermano: Habiendo terminado el 18 del pasado mes de Marzo las facultades que la Santa Sede trienalmente venía concediendo a los señores Ordinarios de España sobre los Religiosos

exclaustrados y sobre algunas Comunidades de Religiosas, tengo el honor de comunicar a V. E. que Nuestro Santísimo Padre el Papa Benedicto XV se ha dignado, en la audiencia otorgada el día 7 de Mayo próximo pasado al Emmo. Sr. Cardenal Prefecto de la S. C. de Religiosos, prorrogarle por otro trienio las mencionadas facultades en modo y forma de la última concesión.

Aprovecho gustoso la ocasión para reiterar a V. I. las seguridades de mi particular aprecio.

Su at. S. S. y afmo. Hermano, † FRANCISCO, Arzobispo de Mira, *Nuncio Apostólico*.

SEMINARIO PONTIFICIO DE SALAMANCA

DISPOSICIONES RELATIVAS AL CURSO ACADEMICO DE 1918-1919

PREFECTURA DE ESTUDIOS

El curso académico de 1918 a 1919, se inaugurará solemnemente en este Seminario, el día 1.º de Octubre. Comenzará el acto por la misa del Espíritu Santo, que se celebrará a las diez y media de la mañana; a continuación, en el salón general, leído el discurso de apertura y recitada por los profesores del Centro la profesión de fe, el Rvmo. Sr. Canciller declarará abierto el curso.

La matrícula ordinaria estará abierta desde el 24 al 30 de los corrientes, de diez a doce y de cuatro a seis; y la extraordinaria durante todo el mes de Octubre, de once a doce. Esta habrá de solicitarse del muy ilustre señor Prefecto de Estudios, y se satisfarán por ella derechos dobles, a no ser que los interesados justifiquen haberles sido imposible matricularse durante el plazo señalado para la ordinaria.

Los jóvenes que a continuación se expresan habrán de presentar en la Secretaría antes de matricularse, los documentos siguientes:

1.º Los que comiencen los estudios: a) solicitud dirigida al Sr. Prefecto de Estudios pidiendo ser admi-

tidos al examen de ingreso; *b*) partida de bautismo y confirmación; *c*) certificado de conducta y de vacunación, expedido éste por el Médico y aquél por el señor Párroco.

2.º Los procedentes de otros Centros docentes: *a*) solicitud dirigida al Sr. Prefecto pidiendo ser admitido como alumnos oficiales de las asignaturas que hayan de cursar; *b*) certificación completa de estudios; *c*) certificado de conducta, expedido por el Superior del Centro del cual proceden, y de vacunación expedido por el Médico; y *d*) letras testimoniales de sus respectivos Prelados, si fueren extradiocesanos.

Los exámenes de ingreso y extraordinarios tendrán lugar los días 27, 28 y 30.

Los grados académicos se conferirán durante el período señalado para la matrícula ordinaria.

RECTORADO

Los jóvenes que comiencen sus estudios y los procedentes de otros Centros, elevarán una instancia al Excmo. Sr. Obispo por conducto del Sr. Rector del Seminario, antes del 15 del actual, pidiendo ser admitidos en calidad de alumno interno o externo. No podrán ingresar si no tuvieren once años cumplidos. Los matriculados en el curso anterior para continuar, deberán avisar personalmente o por carta al Sr. Rector en el mismo plazo.

Todos los alumnos internos ingresarán en el Seminario el día 30.

Los ejercicios espirituales comenzarán el día que designe el Rvdmo. Prelado.

Salamanca, 1.º de Septiembre de 1918.

Aviso a los señores opositores a curatos

Los señores opositores a curatos, que así lo deseen, pueden hospedarse, hasta el número de ciento, en el Seminario Pontificio, desde el 17 al 21 de este mes de Septiembre, ambos días inclusive, mediante una modesta retribución bastante a cubrir los gastos que causen, y previa carta-aviso en que se lo hagan saber

al Rdo. Rector del Seminario, antes del 14 del mes corriente.

Suprema Sacra Congregatio S. Officii

DECRETUM

Circa quasdam propositiones de scientia animae Christi

Feria IV, die 5 iunii 1918

Proposito a Sacra Congregatione de Seminariis et de Studiorum Universitatibus dubio: Utrum tuto doceri possint sequentes propositiones:

I. Non constat fuisse in anima Christi inter homines degentis scientiam, quam habent beati seu comprehensores;

II. Nec *certa* dici potest sententia, quae statuit animam Christi nihil ignoravisse, sed ab initio cognovisse in Verbo omnia, praeterita, praesentia et futura, seu omnia quae scit Deus scientia visionis;

III. Placitum quorundam recentiorum de scientia animae Christi limitata, non est minus recipiendum in scholis, quam veterum sententia de scientia universali

Emi. ac Rmi. DD. Cardinales in rebus fidei et morum Generales Inquisitores, praehabito voto DD. Consultorum, respondendum decreverunt: *Negative*.

Insequenti vero feria V eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his Ssmc. D. N. Benedicto Papae XV relatione, Sanctitas Sua resolutionem Emorum. PP. approbavit, confirmavit et publicari mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 7 iunii 1918.

Aloisius Castellano, S. R. et U. I. Notarius.

Sacra Congregatio Consistorialis

DECRETUM

Circa clericorum frequentiam in laicis universitatibus

Nemodē sacro clero laicas Universitatum facultates frequentare potest ibique profana quaevis studia pera-

gere, nisi de Episcopi sui voluntate vel beneplacito. Id ex praescriptis Codicis Canonici aperte deducitur. Neve haec dispositio nova est aut primum inducta. Etenim tum Leo XIII, tum Pius X, f. ambo r., id aperte sanxerunt; alter per *Instructionem* sub die 21 iulii 1896 a Sacra Congregatione EE. et RR. ad Ipsius mentem impertitam, quaeque incipit *Perspectum est Romanos Pontifices*; alter vero in Encyclica *Pascendi* sub die 7 septembris 1907, necnon *Motu Proprio* diei 1 septembris 1910, qui incipit *Sacrorum Antistitum*.

Hinc patet totam hanc de frequentandis Universitatibus laicis materiam in Episcoporum iure ac potestate esse positam, nec deesse regulas quibus ipsi in re dirigantur.

Quoniam tamen nonnulli locorum Ordinarii presiores exquisierint normas, quibus ipsi ex iure procedant, ac maxima caveantur discrimina quae ex diuturna tristisque experientia tam vitae sanctitati quam catholicae doctrinae puritati sacerdotibus laicas Universitates celebrantibus impendunt; Ssmus. D. N. Benedictus PP. XV, causa prius rite discussa penes S. C. Consistorialem, de consulto Emorum. eiusdem S. Congregationis Patrum, Decessorum Suorum Leonis XIII et Pii X supra memoratas ordinationes confirmans easque in suo pleno robore permanere declarans haec insuper edicenda ac statuenda suoque nomine promulganda constituit:

1. Nullus ad laicas Universitatum facultates destinetur nisi sacerdotio iam auctus, quique spem bonam ingerat fore ut sua agendi ratione ecclesiastico ordini honorem tam ingenii vi ac perspicacia, quam sanctitate morum adiiciat.

2. Episcopus in destinando sacerdotes suos ad laicas studiorum Universitates frequentandas nihil aliud prae oculis habeat, nisi quod diocesis suae necessitas vel utilitas exigat, ut nempe in Institutis ad iuventutem erudiendam destinatis idonei comparentur magistri.

3. Qui, pro hac norma, ad Universitates laicas frequentandas destinabuntur sacerdotes, si novensiles sunt, ab examinibus, quae in can. 130 et 590 praescripta sunt, minime eximantur, quin potius eadem subire vel stricte iubeantur, ne, profanarum scientiarum

studio abrepti, ecclesiastica studia praetereant, contra praescriptum can. 129.

4. Expletis demum in laica quavis Universitate praescriptis studiorum cursibus, sciant sacerdotes ac meminerint se Ordinario suo pari omnino ratione ac antea subiectos ac diocesis servitio manere emancipatos. Quamobrem nemini fas erit magisteria saecularia aliave officia pro suo lubito, maximeve contra Ordinarii sui voluntatem, suscipere; quod si quis fecerit, congruis poenis, non exclusa suspensione a divinis plectatur.

5. Haec omnia quae de clero saeculari sunt dicta, religiosos etiam regulares, congrua congruis referendo sunt applicanda.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 30 aprilis 1913

† C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius*.

L. ✠ S.

† V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adessor*.

Sacra Congregatio Rituum

DUBIA

Rmus. Dnus Prosper Scaccia, Archiepiscopus Senensis, in relatione status suae Archidioeceseos sequentia Dubia Sacrae Congregationi Consistoriali proposuit, ad Sacram Rituum Congregationem, pro opportuna solutione, transmissa; nimirum:

I. An, uti accidit in Metropolitana Ecclesia die Sancto Parasceves iuxta immemorabilem consuetudinem, liceat praebere Sacerdotibus et Fidelibus deosculandam reliquiam S. Crucis D. N. I. C.?

II. An, uti ibidem fit, in solemni expositione Augustissimi Sacramenti, iuxta vetustissimum ordinarium liturgicum, post hymnum *Tantum ergo*, orationi Ssmi. Sacramenti *Deus, qui nobis*, adiici possint aliae collectae?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis

Commissionis suffragio, re perpensa, respondendum censuit:

Ad I. *Nihil obstare.*

Ad II. *Negative*, iuxta Decretum n. 4194, ad X, diei 23 novembris 1906.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 26 aprilis 1918.

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

Sacra Congregatio de Religiosis

De regulis et constitutionibus religiosorum ad normam
canonis 489 Codicis iuris canonici reformandis

Ad normam Canonis 489 Codicis Iuris Canonici "Regulae et particulares Constitutiones singularum religionum, canonibus Codicis non contrariae, vim suam servant; quae vero eisdem opponuntur, abrogatae sunt," ac proinde earum textus emendandus erit. Ne autem in re tanti momenti aliquod inconueniens oriatur, Sacra Congregatio Sodalium Religiosorum negotiis praeposita praescribit emendationes textus Regularum et Constitutionum suo esse subiiciendas examini. Hoc omnes et singulae iuris pontificii Religiones, itemque quaevis Societates sine votis publicis sive virorum sive mulierum,* in communi viventium opportune peragent cum relationem de statu religionis ad Sanctam Sedem transmittent iuxta praescriptum canonis 510. Quapropter interest ut omnes Religiones una cum praedicta relatione quaedam suarum Regularum Constitutionumve exemplaria ad Hanc Sacram Congregationem mittant.

Sacra insuper Congregatio hortatur enixeque rogat Rvmos. Ordinarios locorum in quibus alicuius Religionis Moderatores supremi et Congregationum mu-

lierum supremæ Antistitæ commorantur, ut quamprimum de is omnibus illos certiores faciant.

Romæ, ex Secretaria S. Congregationis, die 26 iunii 1918.—I. CARD. TONTI, *Praefectus*.—L. ✠ S.—Adolphus, Ep. Canopitan., *Secretarius*.

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA

IN PLENARIIS COETIBUS DIERUM 2-3 IUNII 1918 SOLUTA

I

De obligationibus clericorum

(Lib. II, Pars I, Sect. I, Tit. III)

Utrum quoad licentias habendas, de quibus in Decr. *Docente Apostolo*, 11 nov. 1910, recurrendum sit ad S. Sedem, an vero ad proprium Ordinarium (Can. 139, § 3).

Resp.: Ad Ordinarium proprium.

II

De religionum regimine

(Lib. II, Pars. II, Tit. X, Cap. I)

Utrum praescriptum canonis: "superiores minores locales ne constituentur ad tempus ultra triennium, etc.", applicetur quoque superioribus seu directoribus scholarum, hospitalium, aliorumque piarum domorum (Can. 505).

Resp.: Affirmative, si superiores isti seu directores sint simul superiores religiosorum, sub sua potestate habentes alios religiosos, etiam quoad religiosam disciplinam.

III

De irregularitatibus aliisque impedimentis

(Lib. III, Pars. I, Tit. VI, Art. II)

1. Utrum ad sensum canonis 987, n. 5, impediti sint

qui ad militiam forsā vocabuntur, sed de facto nondum sunt vocati, vel quia aetate impares sunt, vel quia, examine recte peracto, ad tempus inhabiles sunt declarati (Can. 987, n. 5).

Et quatenus negative:

2. Utrum praedicti non solum ad primam tonsuram et minores Ordines, sed etiam ad maiores licite promoveri possint, servato tamen quoadusque hoc bellum perduraverit, Decreto *Ut ius certum*.

Resp.: Ad 1^m Affirmative.

Ad 2^m Provisum in primo.

IV

De matrimonio

(Lib. III, Pars. I, Tit. VII)

1. Si quis reclamet ius suum ex sponsalibus valide contractis contra partem inituram matrimonium cum alio, matrimonium eritne suspendendum usque dum actum fuerit de iusta causa dispensationis priorum sponsalium et de damnorum reparatione, si qua debeat? (Can. 1017, § 3).

Resp.: Negative, seu non amplius admitti actionem de iusta causa dissolutionis sponsalium; actionem vero reparationis damnorum non suspendere matrimonii celebrationem.

2. Utrum actio reparationis damnorum, de qua in can. 1017, § 3, pertineat ad forum ecclesiasticum, an ad civile.

Resp.: Actionem reparationis damnorum, de qua in can. 1017, § 3, esse mixti fori.

3. Si sponsa vel sponsus inveniatur ignari doctrinae christianae, eritne locus eos respuendi a matrimonio, vel differendi matrimonium usque ad instructionem? (Can. 1020, § 2).

Resp.: Parochus servet praescriptum canonis 1020, § 2; et dum ea peragit quae Codex peragenda praescribit, sponso ignorantes sedulo edoceat prima saltem doctrinae christianae elementa: quodsi renuant, non est locus eos respuendi a matrimonio ad normam canonis 1066.

4. Si pars post adeptam pubertatem plusquam per

sex menses commorata fuerit in longissimis et dissitis oris, a quibus ut habeatur regularis attestatio libertatis status longius tempus requiritur, cum tamen urgeat celebratio matrimonii, sufficitne in casu ad certiorandam libertatem status iuramentum partis cum testimonio duarum, vel si non possint haberi duo, saltem unius, qui secum commorati fuerint illis in regionibus? (Can. 1023, § 2).

Resp.: Rem remitti prudenti iudicio Ordinarii, qui alias probationes, non excluso iuramento suppletorio, praescribere potest ad normam canonis 1023, § 2.

5. Quid si copula illicita et occulta praecesserit nativitatem nubendae, de qua dubitari possit an sit filia vel soror alterius partis? (Cann. 97, § 1, 1077, etc.)

Resp.: Provisum per can. 1076, § 3.

6. Vis novi Codicis estne retroactiva in his, quae modificantur circa sponsalia et impedimenta tum impedientia quam dirimentia matrimonium, ita ut quodlibet ius acquisitum vigore sponsalium validorum, nullimode possit reclamari, nisi in quantum novus Codex concedit, et contracta impedimenta modificata a novo Codice, nulla dispensatione indigeant? (Cann. 4, 10).

Resp.: Codici, etiam quoad sponsalia et impedimenta, non esse vim retroactivam: sponsalia autem et matrimonia regi iure vigenti quando contracta sunt vel contrahentur, salvo tamen, quoad actionem ex sponsalibus, canone 1017, § 3.

7. Quid dicendum de matrimoniis, si quae nulla sint ex capite impedimentorum a novo Codice abrogatorum: fiuntne matrimonia illa valida ipsa promulgatione novi Codicis, vel etiam post dictam promulgationem indigent dispensatione, sanatione, etc.? (Cann. 4, 10).

Resp.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

8. Utrum cognatio spiritualis ante diem Pentecostes anni 1918 contracta ultra terminos nunc a novo Codice definitos in can. 768, a praefata Pentecostes die ipso facto cesset quoad omnes affectus, an tantum desinat esse impedimentum ad matrimonium (Cann. 768, 1079).

Resp.: Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

V

De custodia et cultu Sanctissimae Eucharistiae

(Lib. III, Pars. III, Tit. XV)

1. Canon 1267, quo statuitur in religiosa vel pia domo SS. Eucharistiam custodiri non posse nisi vel in ecclesia vel in principali oratorio, intelligendusne est ita, ut prohibeatur eam custodiri praeterquam in publica ecclesia pro commoditate fidelium, etiam in principali oratorio, in quod sodales conveniunt ad exercitia pietatis communia? (Can. 1267).

Et quatenus negative ad primum.

2. An idem dicendum sit, si quando ecclesia clausa ordinarie maneat et fidelibus non pateat.

3. An idem dicendum sit de pluribus oratoriis in eadem pia domo pluribus sodalium classibus destinatis (duobus, tribus, etc., pro novitiis ex gr., fratribus laicis, studentibus, sacerdotibus), ita ut unaquaeque classis suum distinctum habere possit oratorium cum SS. Sacramento; an potius hoc coarctandum ad ecclesiam et oratorium pro tota communitate destinatum.

Resp.: Sensus canonis 1267 hic est. Si religiosa vel pia domus adnexa habeat publicam ecclesiam eaque utatur ad ordinaria et quotidiana pietatis exercitia explenda, SS. Sacramentum in ea tantum asservari potest; secus in oratorio principali eiusdem religiosae vel piae domus (sine praeiudicio iuris ecclesiae, si quod habet); in eoque tantum, nisi in eodem materiali aedificio sint distinctae ac separatae familiae, ita ut formaliter sint distinctae religiosae vel piae domus.

VI

De delictis contra obligationes proprias status clericalis vel religiosi

(Lib. IV, Tit. XVII)

An societatibus clericalibus sine votis applicentur can. 2386, 2387, 2389, 2410, 2411, 2413.

Resp.: Affirmative quoad can. 2386, 2387, 2389, quatenus sodales vitam communem degant; quoad can.

2410 quatenus societas privilegio gaudeat dimissorias concedendi ad Ordines suis subditis; quoad primam partem can. 2411, salvis quoad reliqua constitutionibus; et quoad can. 2413.

PETRUS CARD. GASPARRI, *Praeses*.

Aloisius Sincero, *Secretarius*.

VICARIATO DE ROMA

Decreto prohibiendo de nuevo a ambos cleros la asistencia a espectáculos públicos, vulgarmente conocidos por «cinematógrafos»

Habiendo sabido que no siempre ni por todos los eclesiásticos de uno y otro clero se observan las sabias disposiciones que en materia de públicos espectáculos han emanado de este Vicariato por decreto de 15 de Julio de 1909, recordamos y reproducimos ahora por orden y autoridad del Santo Padre la prohibición absoluta al clero, así secular como regular de asistir a las producciones que se exhiben en los cinematógrafos públicos de Roma, sin excepción alguna, aunque reproduzcan asuntos religiosos. Procederemos contra los transgresores con penas canónicas, sin exceptuar la suspensión *a divinis*.

Mandamos a los Rectores de iglesias y oratorios públicos de Roma que tengan en la sacristía fijo el presente nuestro Decreto, para que puedan conocerlo y observarlo no sólo los sacerdotes residentes en Roma, sino los forasteros que se hallen de paso en esta ciudad.

Dado en nuestra Residencia el 25 de Mayo de 1918.
† B. CARD. POMPILI, Vesc. di Velletri, *Vicario Generale di S. S* —(L. ✠ S.)—F. Can. Pascucci, *Secretario*.

NONNULLI CANONES

ex novissimo Juris Canonici Codice in proximum clericorum commo-
dum excerpti

LIB. III. TIT. III, CAP. 1. ART. IV.

De Missarum eleemosynis seu stipendiis.

CAN. 824. § 1. Secundum receptum et probatum Ecclesiae morem atque institutum, sacerdoti cuilibet Missam celebranti et applicanti licet eleemosynam seu stipendium recipere.

§ 2. Quoties autem pluries in die celebrat, si unam Missam ex titulo iustitiae applicet, sacerdos praeterquam in die Nativitatis Domini, pro alia eleemosynam recipere nequit, excepta aliqua retributione ex titulo extrinseco.

CAN. 825. Numquam licet:

1.º Missam applicare ad intentionem illius qui applicationem, oblata eleemosyna, petiturus est, sed nondum petiit, et eleemosynam postea datam retinere pro Missa antea applicata;

2.º Eleemosynam recipere pro Missa quae alio titulo debetur et applicatur;

3.º Duplicem eleemosynam pro eiusdem Missae applicatione accipere;

4.º Alteram recipere eleemosynam pro sola celebratione, alteram pro applicatione eiusdem Missae, nisi certo constet unam stipem oblatam esse pro celebratione sine applicatione.

CAN. 726. § 1. Stipendia quae a fidelibus pro Missis offeruntur sive ex propria devotione, veluti ad manum sive ex obligatione etiam perpetuà a testatore propriis heredibus facta, *manualia* dicuntur.

§ 2. *Ad instar manualium* vocantur stipendia Missarum fundatarum, quae applicari non possunt in proprio loco, aut ab iis qui eas applicare deberent secundum tabulas foundationis, et ideo de iure aut Sanctae Sedis indulto aliis sacerdotibus tradendae sunt ut iisdem satisfiat.

§ 3. Alia stipendia quae ex foundationum redditibus

percipiuntur, apellantur *fundata* seu *Missae fundatae*.

CAN. 827. A stipe Missarum quaelibet etiam species negotiationis vel mercaturae omnino arceatur.

CAN. 828. Tot celebrandae et applicandae sunt Missae, quot stipendia etiam exigua data et accepta fuerint.

CAN. 829. Licet sine culpa illius qui onere celebrandi gravatur, Missarum eleemosynae iam perceptae perierint, obligatio non cessat.

CAN. 830. Si quis pecuniae summam obtulerit pro Missarum applicatione non indicans earundem numerum, hic supputetur secundum eleemosynam loci in quo oblator morabatur, nisi aliam fuisse eius intentionem legitime praesumi debeat.

CAN. 831. § 1. Ordinarii loci est manulem Missarum stipem in sua dioecesi definire per decretum, quantum fieri potest, in dioecesana Synodo latum; nec sacerdoti licet ea maiorem exigere.

§ 2. Ubi desit Ordinarii decretum, servetur consuetudo dioecesis.

§ 3. Etiam religiosi, licet exempti, circa stipem manulem stare debent decreto Ordinarii loci aut dioecesis consuetudini.

CAN. 832. Sacerdoti fas est oblatam ultro maiorem stipem pro Missae applicatione accipere; et, nisi, loci Ordinarius prohibuerit, etiam minorem.

CAN. 833. Praesumitur oblatorem petiisse solam Missae applicationem; si tamen oblator expressae aliquas circumstantias in Missae celebratione servandas determinaverit, sacerdos, eleemosynam acceptans, eius voluntati stare debet.

CAN. 834. § 1. Missae pro quibus celebrandis tempus ab oblatore expresse praescriptum est, eo omnino tempore sunt celebrandae.

§ 2. Si oblator nullum tempus pro Missarum manualium celebratione expressae praescripserit:

1.º Missae pro urgenti causa oblatae quamprimum tempore utili sunt celebrandae;

2.º In aliis casibus Missae sunt celebrandae intra modicum tempus pro maiore vel minore Missarum numero.

§ 3. Quod si oblator arbitrio sacerdotis tempus celebrationis expresse reliquerit, sacerdos poterit tem-

pore quo sibi magis placuerit, eas celebrare, firmo praescripto can. 835

CAN. 835. Nemini licet tot Missarum onera per se celebrandarum recipere quibus intra annum satisfacere nequeat.

CAN. 836. In ecclesiis in quibus ob fidelium peculiarem devotionem Missarum eleemosynae ita affluunt, ut omnes Missae celebrari ibidem debito tempore nequeant, moneantur fideles, per tabellam in loco patenti et obvio positam, Missas oblatas celebratum iri vel ibidem, cum commode poterit, vel alibi.

CAN. 837. Qui Missas per alios celebrandas habet, easquamprimum distribuatur, firmo praescripto can. 841; sed tempus legitimum pro earundem celebratione incipit a die quo sacerdos celebraturus easdem receperit, nisi aliud constet.

CAN. 838. Qui habent Missarum numerum de quibus sibi liceat libere disponere, possunt eas tribuere sacerdotibus sibi acceptis, dummodo probe sibi constet eos esse omni exceptione maiores vel testimonio proprii Ordinarii commendatos.

CAN. 839. Qui Missas a fidelibus receptas aut quoquo modo suae fidei commisas aliis celebrandas traderint, obligatione tenentur usque dum acceptatae ab eisdem obligationis et recepti stipendii testimonium obtinuerint.

CAN. 840. § 1. Qui Missarum stipes manuales ad alios transmittit, debet acceptas integre transmittere, nisi aut oblator expresse permittat aliquid retinere, aut certo constet excessum supra taxam dioecesanam datum fuisse intuitu personae.

§ 2. In Missis ad instar manualium; nisi obstet mens fundatoris, legitime retinetur excessus et satis est remittere solam eleemosynam manualementis dioecesis in qua Missa celebratur, si pinguis eleemosyna locum pro parte teneat dotis beneficii aut causae piae.

CAN. 841. § 1. Omnes et singuli administratores causarum piarum aut quoquo modo ad Missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, sub exitum cuiuslibet anni, Missarum onera quibus nondum fuerit satisfactum, suis Ordinariis tradant secundum modum ab his definiendum.

§ 2. Hoc autem tempus ita est accipiendum ut in

Missis ad instar manualium obligatio eas deponendi decurrat a fine illius anni intra quem onera impleri debuissent; in manualibus vero, post annum a die suscepti oneris, salva diversa offerentium voluntate.

CAN. 842. Ius et officium advigilandi ut onera Missarum adimpleantur, in ecclesiis saecularium pertinet ad loci Ordinarium; in religiosorum ecclesiis, ad eorum Superiores.

CAN. 843. § 1. Rectores ecclesiarum aliorumque piorum locorum sive saecularium sive religiosorum in quibus eleemosynae Missarum recipi solent, peculiarem habeant librum in quo accurate notent Missarum receptarum numerum, intentionem, eleemosynam, celebrationem.

§ 2. Ordinarii tenentur obligatione singulis saltem annis huiusmodi libros sive per se ipsi sive per alios recognoscendi.

CAN. 844. § 1. Ordinarii quoque locorum et Superiores religiosi qui propriis subditis aliisque Missas celebrandas committunt, quas acceperint Missas cum suis eleemosynis cito in librum per ordinem referant curentque pro viribus ut quamprimum celebrentur.

§ 2. Imo omnes sacerdotes sive saeculares sive religiosi debent accurate adnotare quas quisque Missarum intentiones receperit, quibusve satisfecerit.

LIBER QUINTUS.—PARS TERTIA

De poenis in singula delicta

CAN. 2320. Qui species consecratas abiecerit vel ad malum finem abduxerit aut retinuerit, est suspectus de haeresi; incurrit in excommunicationem latae sententiae specialissimo modo Sedi Apostolicae reservatam; est ipso facto infamis, et clericus praeterea est deponendus.

CAN. 2343. § 1. Qui violentas manus in personam Romani Pontificis iniecerit:

1.º Excommunicationem contrahit latae sententiae Sedi Apostolicae specialissimo modo reservatam; et est ipso facto vitandus;

- 2.º Est ipso iure infamis;
- 3.º Clericus est degradandus.

CAN. 2367. § 1. Absolvens vel fingens absolvere complicem in peccato turpi incurrit ipso facto in excommunicationem specialissimo modo Sedi Apostolicæ reservatam; idque etiam in mortis articulo, si alius sacerdos, licet non approbatus ad confessiones, sine gravi aliqua exortura infamia et scandalo, possit excipere morientis confessionem, excepto casu quo moribundus recuset alii confiteri.

§ 2. Eandem excommunicationem non effugit absolvens vel fingens absolvere complicem qui peccatum quidem complicitatis a quo nondum est absolutus, non confitetur, sed ideo ita se gerit, quia ad id a complice confessario sive directe sive indirecte inductus est.

CAN. 2369. § 1. Confessarium, qui sigillum sacramentale directe violare praesumpserit, manet excommunicatio specialissimo modo Sedi Apostolicæ reservata; qui vero indirecte tantum, obnoxius est poenis, de quibus in can. 2368, § 1 (1).

N. B.—Estos cánones no derogan las facultades de la Cruzada.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

JUNTA DE LOS COLEGIOS UNIVERSITARIOS

Hallándose vacante una beca en el suprimido Colegio menor de Santa Cruz de Cañizares de esta ciudad, los jóvenes que deseen optar a ella dirigirán sus solicitudes documentadas al Ilmo. Sr. Presidente de la Junta de los Colegios Universitarios dentro del término de veinte días, a contar desde la publicación de su anuncio en la "*Gaceta de Madrid*," que para la de-

(1) CAN. 2368. Qui sollicitationis crimen de quo in can. 904, commiserit, suspendatur a celebratione Missæ et ab audiendis sacramentalibus confessionibus vel etiam pro delicti gravitate inhabilis ad ipsas excipiendas declaretur, privetur omnibus beneficiis, dignitatibus, voce activa et passiva, et inhabilis ad ea omnia declaretur, et in casibus gravioribus degradationi quoque subiiciatur.

bida publicidad se insertará también en los "*Boletines Oficiales*," de esta Provincia y de la de Ciudad Real y Eclesiásticos de las diócesis de Santiago y Salamanca.

Conforme a lo que determina el reglamento general de la Institución, serán las becas de este Colegio para las Facultades de Teología o Derecho, correspondiendo la que hoy se anuncia a la primera Facultad; gozarán preferencia los sacerdotes que la soliciten, y se proveerán en otro caso en jóvenes solteros, de buena vida y costumbres, católicos e hijos legítimos, guardándose además, el siguiente orden de prelación:

- 1.º Los parientes del fundador, Ilmo. Sr. D. Juan de Cañizares, Arzobispo electo de Santiago;
- 2.º Los naturales de la ciudad de Almagro;
- 3.º Los de la diócesis de Santiago; y
- 4.º Los de la diócesis de Salamanca.

Los alumnos de esta Institución de los Colegios disfrutarán sus becas haciendo vida colegiada en la forma que el reglamento interior aprobado por la Junta determine para ello, conforme a las bases autorizadas por Real orden de 9 de Diciembre de 1915 y reglamento reformado conforme a ellas y aprobado asimismo de Real orden de 23 de Diciembre de 1916.

Tendrán opción a que se les costeen los correspondientes títulos académicos; a que se les pensione para viajes científicos al extranjero, en los casos en que la Junta lo estime conveniente, y a disfrutar otras varias ventajas, si hicieren sus estudios en las condiciones establecidas al efecto, de las cuales, así como de las demás a que habrán de someterse serán oportunamente enterados.

La vida colegiada para los becarios residentes en Salamanca no se pondrá en vigor hasta tanto que no estén convenientemente dispuestos el edificio o edificios que hayan de ser destinados a Colegios, y hasta entonces disfrutarán las pensiones establecidas por el antiguo reglamento de 31 de Julio de 1886.

* * *

También se halla vacante una beca del Colegio menor de Santa Cruz de San Adrián, que se anuncia en la misma forma que la anterior, y podrá dedicarse

a cualquiera de las Facultades que se hallan establecidas en la Universidad de Salamanca.

Gozarán preferencia los mismos que aquélla; el agraciado tendrá iguales derechos y deberes; y todos los aspirantes habrán de tener hechos los estudios de Gramática latina, declarando y probando que no podrían seguir una carrera literaria sin grave detrimento de los intereses de su casa.

Salamanca, 24 de Julio de 1918.—*El Vicepresidente*, ENRIQUE ESPERABÉ.—*El Vocal-Secretario*, JUAN D. BERRUETA.

HAN PRACTICADO EJERCICIOS ESPIRITUALES

En la Residencia de PP. Jesuitas

M. I. Sr. D. Lorenzo Aniceto Alvarez.

Don Emilio Martín Salvador.

- » Tomás López.
- » José Hernández Seisdedos.
- » Guillermo Pérez.
- » Ricardo Caballero.
- » Ambrosio Morales.
- » Valerio Yagüe.
- » Isidoro Hernández.
- » Angel Sánchez Ramos.
- » Luis Santana.
- » Gregorio Gordo.
- » Leopoldo Vicente.

En el Santuario de Peña de Francia

Don Ambrosio Hernández.

- » J. Manuel Hernández (Cabaco).
- » Juan Francisco de Dios.

En el Convento de PP. Franciscanos del Castañar (Béjar)

M. I. Sr. D. Valentín Domínguez.

En el Convento de PP. Carmelitas de Salamanca

Don José Manuel Bartolomé.

En el Convento de PP. Carmelitas de Alba de Tormes

Don Antonio Camino Macarro.

PROGRAMA

PRIMER CONGRESO MARIANO-MONTFORTIANO

QUE HA DE CELEBRARSE

EN BARCELONA EN LOS DÍAS 18, 19, 20 y 21 DEL PROXIMO SEPTIEMBRE

AÑO 1918

Gracias concedidas por Su Santidad Benedicto XV

- 1.ª Bendición Apostólica a los promotores y congresistas.
- 2.ª Indulgencia plenaria para la consagración a la Santísima Virgen
- 3.ª Dispensa de residencia a los señores sacerdotes.

Actos del Congreso

Miércoles, 18 de Septiembre. — Mañana: A las nueve y media, oficio Pontifical en Nuestra Señora de Belén. Ocupará la sagrada cátedra el Excmo. Sr. Dr. D. Ignacio Montes de Oca, Obispo de San Luis de Potosí. Se interpretará la misa *Inmaculatae Conceptionis* de Goicoechea, a gran orquesta y órgano, por la capilla del M. Lambert.

Tarde: A las cuatro, solemne sesión inaugural en Nuestra Señora de Belén.

- 1.º Canto del *Ave, maris stella*.
- 2.º Salutación de bienvenida por el Excmo. Sr. Dr. D. Enrique Reig y Casanova, Obispo de Barcelona.
- 3.º Ofrecimiento del Congreso por el R. P. Leonardo M.ª de Bañeras, O. M. C., Director de los Sacerdotes de María.
- 4.º Discurso del M. R. P. Calasanz Rabaza del Real Colegio de las Escuelas Pías de Valencia, acerca del tema: «La Mediación Universal de María, fundamento de la doctrina mariana del Beato Montfort».

3.º Canto del himno oficial del Congreso.

La capilla del M. Lambert alternará en los actos con escogidas composiciones.

Jueves, 19 de Septiembre. — Mañana: A las nueve y media, sesio-

nes de estudios para los señores sacerdotes en la iglesia de San Felipe de Neri. Se estudiarán los temas de la Sección primera del Cuestionario.

Ponentes:

M. I. Dr. Sebastián Puig, Canónigo de la Catedral de Barcelona.

R. P. Antonio Pérez Goyena, S. J.

R. P. Manuel Sancho, Mercedario.

R. P. Jesús María de Orihuela, O. M. C.

Para seglares en la iglesia nueva de la Parroquia mayor de Santa Ana. Lectura de memorias, instrucción y solución de dificultades sobre los temas de la Primera sección.

Tarde: A las cuatro, sesión solemne en Nuestra Señora de Belén.

1.º Canto del *Ave, maris stella*.

2.º Instrucción del R. P. Jesús M.^a de Orihuela, O. M. C., acerca de la «Naturaleza de la Esclavitud Mariana».

3.º Lectura de adhesiones.

4.º Discurso del Dr. D. Isidro Gomá y Tomás, Canónigo y Juez Metropolitano de Tarragona, acerca del tema: «La Esclavitud Mariana y la libertad de los hijos de Dios».

5.º Memoria del R. P. Tomás de Echeverría, C. M. F., sobre «La Esclavitud Mariana en los autores místicos y clásicos españoles».

6.º Himno del Congreso

Amenizará esta sesión una sección coral de congresistas de Vitoria.

Viernes, 20 de Septiembre. - Mañana: A las nueve y media, sesiones de estudios en los locales del día anterior. Se estudiarán los temas de la Sección segunda.

Ponentes:

R. P. Juan Postius, C. M. F.

D. Asunción Gurruchaga.

R. P. Manuel Montoto, Dominico.

Tarde: Sesión solemne en el local y a la hora del día anterior.

1.º Canto del *Ave, maris stella*.

2.º Discurso del R. P. Jesús Goyeneche, C. M. F., sobre el tema: «La piedad mariana en la Iglesia. Influencia del B. Montfort».

3.º Lectura de telegramas y adhesiones.

4.º Instrucción del Dr. D. Santiago Guallar, Canónigo de la Metropolitana de Zaragoza, acerca de la cuádruple fórmula del B. Montfort.

5.º Canto del *Sub tuum praesidium*.

6.º Discurso del Dr. Rigoberto Domenech, Obispo de Mallorca, sobre «La transformación que se ha de operar en el mundo moral con la práctica de la devoción a María según el B. Montfort».

7.º Himno del Congreso.

Alternarán composiciones musicales por la capilla del M. Lambert.

Sábado, 21 de Septiembre.—Mañana: A las ocho, misa de comunión general con plática, en Nuestra Señora de la Merced, por el ilustrísimo Sr. Obispo de Plasencia.

A las nueve y media, sesiones de estudios, como en los días anteriores. Se estudiarán los temas de las Secciones tercera y cuarta.

Ponentes:

R. P. Nazario Pérez, S. J.

R. P. Andrés Ocerin Jáuregui, O. F. M.

R. P. José Calvo, C. M. F.

Tarde: Solemne sesión de clausura.

1.º Canto del *Ave, maris stella*.

2.º Discurso del Rdmo. P. Melchor de Benisa, Definidor General de la Orden de Capuchinos, residente en Roma, acerca del tema: «La profecía del B. Montfort sobre los nuevos tiempos marianos»

3.º Despedida a los congresistas, alocución por el excelentísimo Sr. Dr. D. Enrique Reig y Casanova, obispo de Barcelona.

4.º Gran manifestación de congresistas acompañados de los excelentísimos Prelados, desde el templo de Belén al de la Virgen de la Merced.

5.º Sermón por el R. P. Arturo Aparicio, S. J.

6.º Consagración a María Reina de los corazones.

7.º Canto solemne del *Magnificat*.

Noche: A las diez, serenata a los Excmos. Prelados en el Palacio del Sr. Obispo.

A las once, solemnísimas vela de Adoración Nocturna a Jesús Sacramentado, por sacerdotes y seglares, en la iglesia de la Merced. Canto del oficio, sermón por D. Asunción Gurruchaga, comunión y procesión

Actos complementarios

1.º Asistencia de los congresistas a la procesión del domingo 22, en que se ha de trasladar la imagen de la Virgen de la Merced desde su Basilica a la Catedral

2.º A más de los actos mencionados, habrá tríduos marianos de preparación para la consagración a María en las parroquias e iglesias de comunidades religiosas, que se anunciarán oportunamente en el programa diario.

3.º Excursión a Monserrat: El día 23 los congresistas podrán visitar el venerando templo de Monserrat. Habrá función religiosa y consagración a la Virgen. Oficiará el Rdmo. P. Abad y predicará el reverendo P. José Pomer, Prior de los PP. Dominicos de Barcelona.

BIBLIOGRAFÍA

Próximo a salir

Libro de suma utilidad para los sacerdotes y alumnos de moral. *Epítome Compendii Theologiae Moralis*, P. Joannis B. Ferreres, S. J. «Juxta nonam editionem, secundam post Codicem».

Presentando concentrado en un tomo manual todo el meollo del *Compendium*, será precioso instrumento de repaso para los que estudien o hayan estudiado la Moral en dicha obra; servirá de *vademecum* a los sacerdotes, especialmente en misiones, viajes, etc.; de complemento para los que posean alguna edición antigua del Gury-Ferreres, y con su auxilio resultará muy fácil la preparación próxima para exámenes de órdenes, sinodales, etc.

Esta obra formará un elegante tomo en 8.º, esmeradamente impreso sobre papel *india* superior, lo que lo hará muy manejable y de bolsillo. Se pondrá a la venta durante el mes de Octubre, y su precio será probablemente unas seis pesetas.

Los pedidos serán servidos por riguroso turno, por lo que es muy conveniente formularlos sin pérdida de momento, a la librería Subirana, Puertaferriosa, 14, Barcelona.

NECROLOGÍA

Ha fallecido en Llen, el Párroco don Basilio Fertes Gorgojo.

Ferteneía a la Hermandad de Sufragios Espirituales, por lo que los señores socios aplicarán una Misa y tres responsos por el alma del finado.—R. I. P. A.

SALAMANCA.—Imp. de Calstrava, a cargo de Manuel P. Criado